

DESCRIPTIO-
NIS VRBIVM VNI-
VERSALIS PARS TERTIA,
IN QVA DE AFRICA.
MAROCCI REGNVM.



Assa ciuitas, sita ad fauces fluuii Sus, in re-
gione Sus. Hic colligitur copia magna
ambrae optimae.

Massa.

Tanganosta, metropolis regionis: Hic
magna copia matronarum albarum.

*Tanganos-
sta.*

Tesedet, incolae huius ciuitatis adeo sunt
humani & benigni, vt exteris non exhibere officia omnia
humanitatis, iudicent valde indecorum.

Tesedet.

Eideuit, celebris propter legum interpretes, qui do-
cent Mosaffum & Alchoranum.

Eideuit.

Mizacan, ciuitas munita in planicie maxima Lusita-
nis subiecta, atq; paucis a Cidan Sceriffo cum ducentis
millibus hominum obsessa, sed frustra, resistantibus insi-
gniter militibus praesidiariis.

Mazaca.

Maroccum, metropolis totius regni, imò totius Bar-
bariae. Primaria potest iudicari totius Africae post Cairum,
cum hodie magna ex parte restaurata sit a Sceriffo, opti-
misq; palatiis ornata: accedit, quod & principes ad Domi-
ni sui imitationem sumptuosissima ibi struant palatia. Non
tamen hoc tempore eius est quantitas, cuius fuit tempore

Maroccu.

Regis Almanzor, cum maxima esset earum, quas Mahometani possidebant in partibus occidentalibus. Restaurata dicitur à Iosepho Tesfino, secundum alios, ab Abed Ramon. Floruit hic olim studiū in lingua Arabica omnium scientiarum & artium. Quia verò Arabes à quadringentis annis studia prohibuerunt, quæ vbiq; antea amissa apud eos solos sustentabantur, ne omnino perirent: ideo hoc tempore solum ibi studium est Grammaticæ, Poëticæ, Astrologiæ, legumque eius gentis. Huc tamen studiorum gratiâ conueniunt Talosi, Numidæ, atque ex tota Barbaria. Hic reperire est hortos iucundissimos. Angli plurimi hic negociantur causa sacchari, olei, auri, &c. Hic sedem habet Seriffus, qui sese Imperatorem Marocci vocant: solentq; hic plurimi cum leonibus pugnam instituere. In hac ciuitate templum est totius Mauritaniæ maximum: antea cum tribus pomis aureis, quæ postea ablata destructaq; fuerunt à Seriffo.

Antea.

Antea; Hic habitat insignis caterua Iudæorum, qui vocantur Carrani, aliis Iudæis ob schisma valdè inuisi.

Efza.

Efza, præcipua est regionis Tedle, mediocriter culta, incolasq; habet satis ciuiles.

FESSÆ REGNUM.

Rabbatiū

Rabbatum, munitio insignis, quæ clavis vna statuitur Barbariæ.

Sella.

Sella. Hic sunt Regum Fessæ sepulchra admiranda ob artificium simile ferè antiquitati.

Mechenes

Mechenes, ciuitas illustris, atq; huius Regni secunda, quæ datur primogenito Regis. Hic conficiuntur optimi panni ex lana & bombace.

Fes, metropolis Regni, nomen sumit à fluuio, qui eam alluit, vel ab auro incolis Fes dicto, quod ibi inuentum est, dum fossæ ciuitatis construerentur. Palacia habet totius Africæ pulcherrima, diciturq; esse pulcherrima & celeberrima totius Barbariæ. Est nanq; ex maximis maximeq; habitatis totius Barbariæ, situs eius excellens, regimen valdè politicum, copia hic mercatorum, opificum, operumq; quæ hic conficiuntur, excellentissimorum. Studiũ hic floret legum, medicinæq; Pharmacopolorum numero reliquas omnes ciuitates vniuersi superat. Curiosus quidam & Magiæ velitiæ incumbit, sed occultè. Mulieres valdè hic deditæ sunt pulchritudini, venustatiq;.

Fes.

Haracce portus celebris ciuitatis Fessæ, quo appellunt naues plurimæ Bertonum, merces & arma aduehentes.

Haracce.

Tangera, Hic Anteus Gigas occisus fuit ab Hercule. Muza Saracenis postquam subiugauit Barbariam, ad hanc venit ciuitatem, intrauitq; equo Oceanum, ita vt vix conspiceretur equus, idque ideò, vt post se Herculem reliquisse gloriari posset.

Tangera.

Alcazer Guer, in huius agro Sebastianus Rex Lusitaniæ A. 1578. volens Regno suo restituere regem; hic cum R. Fessæ & duobus aliis Principibus aduersariis, perit.

Alcazer.

Ceuta, hic Rex Lusitaniæ præsidia habet valdè firma, conficiunturq; ac^o, subtilitate excedentes omnes eas, quæ in Europa & Africa conficiuntur: & ideò habentur p̄ Damascenis.

Ceuta.

Pegnon, munitio insignis, quam è manibus Turcarum eripuit Don Garzias de Toledo.

Pegnon.

Melilla, præsidium habet Hispanicum, cum sit munitio ferè inexpugnabilis.

Melilla.

Dubbium.

Dubbium, hic hodie proprius regnat Sceccus.

Tezza.

Tezza, metropolis regionis Caus, valdè civilis & optimè extructa.

MADERA INSVLA.

Foncialis.

Foncialis, ciuitas est Archiepiscopalis, ante aliquot annos vastata à Gallis.

ALGIER siue TLEMISAN REGNVM.

Oran.

Oran, caput est exigui cuiusdam regni, praesidium habet Hispanicum. Ciuitas hæc ante paucos annos obsessa fuit à Turcis, sed frustra, cū iis à nostris ita fuerit responsum, vt coacti fuerint recedere cum damno & ignominia.

Tunes.

Tunes, antiquitus dicebatur Tipasa.

Algier.

Algier, antiquitus dicta Salda colonia, secundum alios Iulia Cæsaria; primùm fuit Regis Tremisen, à quo nimis ornata sese tradidit Regi Bugie, deinde cum facta esset opulenta, tributū persoluit Regi Ferdinando, hodie Turcis paret operâ Barbarossæ. Carolus V. hinc passus est insignem naufragium. Plurimi Piratæ ex hac ciuitate profecti Hispaniam Italiamq; infestare non desinunt.

Bugia.

Bugia, primùm subdita Regi Tremisen, proprium deinde habuit Regem, hodiè eiectis Hispanis paret Turcis. Hæc ciuitas portū habet, quod aliis ferè ciuitatibus Barbariæ denegatum est.

Tlemisan.

Tlemisan, antea vocata est *Temici*, fuitq; caput regni, quæ dignitas iam Algerum est translata propter residētiam Bascià. Ciuitas magna est & satis mercatoribus dedita. Subiugata per Don Martinum Comitem d' Alcan dette. Postea iterum à Turcis victa per Salara in Bascià d' Algeri.*Hubeda*,

Hubeda, hinc peregrini Mahumetani maximâ frequen-
tia visitant quendam, quem pro sancto habent nomine
Sibidu median.

Hubeda.

Cuccum, proprium habet Scheccum.

Cuccum.

Bata, agrum habet circum circa fertilissimum.

Bata.

TVNISI REGNUM.

Bona, huius ciuitatis Episcopus fuit S. Augustinus.

Bona.

Biserta, antiquis dicta *Vtica*, hinc oriundus fuit Cato.

Biserta.

Carthago, hæc olim recta fuit à suis Soffetis, sicuti
Roma à consulibus, tuncq; tantæ fuit potentiæ, vt contē-
deret non modò cum Numidibus & Circensibus, pro li-
mitibus regionum: Sed etiam Romanis pro imperio or-
bis. Sed victa & destructa à Scipionibus fuit: postea verò
à Iulio Cæsare restaurata ita creuit authoritate, vt, dū ad
fidem Christianam sese conuertissent, Episcopus eius sub
se habuerit supra centum & viginti Episcopos. Hodie ci-
uitas hæc redacta est in exiguam villam, à solis hortulanis
ferè habitata, non sine graui fœtore.

Carthago

Goletta, hisce annis elapsis destructa ab Vchiali Baschià,
cum antea esset munitio inexpugnabilis, sita erat ad osti-
um cuiusdam stagni.

Goletta.

Tunisi, antiquis dictum *Tunetum*, circuitum habet
quinque milliarium. Sedes fuit Regia. Visitur hoc loco
templum valdè celebre apud Mahumetanos, cuidam illo-
rum Sancto (vt putant) nomine Ameth Benaros. Tantaq;
est eius sancti veneratio, vt qualiscunq; Reus ei⁹ Mosche-
am ingressus fuerit, recipiat libertatem. Hodie hinc resi-
det Baschià quidam.

Tunisi.

- Mabida.* *Mabida*, Latinis *Aphrodisium*, Hæc ciuitas cùm hospitio excepisset Turcas, eam cepit Ioannes à Vega; postea destructa fuit ob superfluos sumptus.
- Tripolis.* *Tripolis*, ciuitas magnæ negociationis. Hic residet Sangiaccus quidam.
- Lepede.* *Lepede*, hic videtur fuisse antiqua Leptis, vt ostendunt eius insignes ruinae.
- Necaus.* *Necaus*, nobilis & pulchra respectu huius regionis, in qua ciuitates ad pulchritudinem nostratium nō accedūt.
- Messila.* *Messila*, ad lacum eiusdem nominis, metropolis eius regionis, quæ antiquis dicebatur Massilia.
- Constantina.* *Constantina*, olim ciuitas regia antiquorum Numidarum, hæc dabatur primogenito Regis Tunitani, nunc verò præsidium habet Turcarum.
- Vrbs.* *Vrbs*, Colonia Romanorum, vt ostendit nomen, quod Latinum est.
- Biscari.* *Biscari*, ciuitas pulchra, valdè à Turcis frequentata, ob venatum, qui ibi est, ferarum & auium.
- Beggia.* *Beggia*, hic magna granorum copia, atq; hinc Libia commendatur à fertilitate frumenti.
- Alcaruanum.* *Alcaruanum*, ciuitas extructa ab Vtea loco mediterraneo; Hic antea floruerunt studia, residetq; hic quidam Pontifex Mahumetanus, cū multis Cazisis (ita vocant suos Sacerdotes) qui continuò orationes Deo fundūt, vnde propter sanctitatē ciuitas hæc visitatur à multis principibus, etiā nudis pedibus longissimo interuallo eò venientibus.
- Lāpidosa.* *Lāpidosa*, sita est in insula Pantellaria, hic continuò ardet lampas ante imaginem B. Virginis, diciturque nunquam defecisse oleum, infundētibus super nouum oleum

nantis, illac transeuntibus tam Mauris quàm Christianis.

MALTA INSVLA.

Melita, vulgò *Malta*, ciuitas & arx munitissima, vnicum remedium contra vim Turcarum. Huc Solimannus Turcarum Princeps misit anno Christi M.D.LXV. classem ingentem ad expugnationem tum Insulæ, tum arcis; sed vires eius refractæ sunt, coactusq; fuit cum magna strage suorum cedere.

Melita.

NVMIDIA RECENTIORVM.

Dara, metropolis. Nomen desumit à fluuio, qui eam alluit, hinc oriundus est Steriffus, qui ex humili conditione ad maximum peruenit imperium.

Dara.

Stafilet, ciuitas notabilis huius regni.

Stafilet.

Dausen, huius reliquæ indicat, quanta olim fuerit ciuitas.

Dausen.

Teusar, ciuitas insignis: hic mulieres docent pueros legere & scribere, idq; ex solo Anchorano.

Teusar.

Eapsa, ciuitas munita, quã olim expugnauit Metellus. Hic etiam circa nostra tēpora Reges Tunetani thesauros suos seruarunt: Deinde excusso iugo Regis Tunetani facta est resp. libera: hodie propter discordias subest Turcæ.

Eapsa.

LIBIA, Mauris SARRA.

Huaden, ciuitas, in qua magna est negociatio auri & Zibetti.

Huaden

Gnargata, ciuitas hæc multa etq; insignia habet palacia: abundatq; dactylis, ex quorum etiam ossibus farinã faciunt, ex qua confecto pane vescuntur. Ciuitas diues est, reliquarum rerum, præter eas, quæ ad victum spectant.

Gnargata

Toberraum, hic antiqui fabulati sunt multa de mensa Solis, quæ semper plenã cibis delicatissimis finxerunt. Nō loque

Toberraum

hinc

hinc distabat celebre templum Iouis Ammonei: hodiè dictum *Concorron* Mahumetis.

HESPERIDES INSVLÆ.

Riuiera.

Riuiera, ciuitas insignis in insula S. Iacobi.

MONDIBARCA.

Barca.

Barca, metropolis est, & magnæ negociationis, ideoq; in hisce partibus celebris. Flumen habet ad muros. Sedes est Regia, sed tributaria Regis Vri.

Cirene.

Cirene, ciuitas celebris ob tot tantosque Philosophos, hæc longo tempore certauit cum Carthaginensibus.

Fizzan.

Fizzan, hic magna negociatio equorum: ideoq; plurimi huc concurrunt Mauri equos suos vendentes mercatoribus Borni, à quibus recipiunt vel aurum, vel mancipia Æthiopica.

ÆGYPTVS.

Alexandria.

Alexandria, à Turcis *S. Canderia*, ciuitas magni negocii: hanc primùm delineauit Democrates Mathematicus tanto artificio, vt non fuerit in tota Africa æqualis, aut similis in structura tum platearum, tum palatiorum. Hic studia valdè floruerunt. Hic insignis est ea turris Pharo. Statua quoque Serapis suspensa fuit in aëre, quæ magnete retinebatur. Hoc tempore ciuitas valdè creuit, propter Maurorum ex Barbaria confluxum, licet non ad eam, quã antea habuit quantitatem, cum esset ex maximis totius orbis. Turcarum Imperator triremes hic habebat, quæ ciuitatem cum mari tutentur.

Rossetum.

Rossetum, ad faucem vnã Nili, ciuitas mediocris, sed magnæ negociationis.

Damatia.

Damatia, antiquis *Pelusium*, ciuitas fortissima, instructa circumcirca variis turribus, quæ impediunt, ne quisquam inuitis ciuibus fluuium aduersum nauiget.

Damatia.

Masseli, ciuitas vicina monti Casio, hic fuit olim celebre templum Iouis. Inuenit quoque Adrianus Imp. hic sepulchrum Pompeii Magni cum Epitaphio, hoc Monosticho:

Masseli.

Templi pondus erat, modica qui clauditur urna.

Coctum: hic plurimi negociantur mercatores ex Nubia.

Coctum.

Thebe, hæc ciuitas extructa est Busiride, antiquitus centum habuit portas, easq; omnes supra columnas. Hæc suam monarchiam extendit vsq; ad Scythas, Indos, Æthiopes, imò & per insignem partem Europæ: produxit aliquando in campum septingenta armatorum millia.

Thebe.

Derot, hic magna sacchari conficitur copia.

Derot.

Memphis, hodie vocata *Meser* hæc olim celebris fuit propter pyramides, quæ erant sepulchra principum illorum tantæ magnitudinis, vt in vnus circuitu quadrato numerentur centum & triginta passus. Omnes sunt ex marmore flauescente, tantæ altitudinis, vt arcu fortissimo vix summitatem earum petere possit. Hæ inter septem mundi miracula numerabantur, quæ omnia præter hæc pyramides existimatæ antea fuerint solidæ thesaurisq; refertæ, ante paucos annos à quodam Mauro Fessano Necromantico cauæ inuentæ fuerunt.

Memphis.

Cairum olim *Babylonia Aegypti*, citra controuersiam maxima Africæ, restaurata à Geonco Governatore huius prouinciæ: hodie hic residet Belerbus nomine Turcarum Imperatoris. In hac ciuitate tanta est hominum multitudo, vt omnis ferè generis linguæ & scripturæ ibi reperian-

Cairum.

tur. Hic residet Patriarcha Coptitarum. Item Patriarcha Græcorum & Arabum, qui licet Græcè officia recitent, vix tamen Græcam linguam intelligunt.

Ziſa.

Ziſa, hic cum magna admiratione videmus diſſoluitur in aquam Sancto eminere manus, brachia & crura hominū, quod reliquo anni tempore non fit.

Matarea.

Matarea, hic peregrinis ostenditur ea ipsa arbor, quæ creatori suo obediens, sese plicauit ad desiderium B. Virginis; præterea capella exigua est, in qua narrant Mauri tenellum Iesum sepè fuisse à B. Virgine collocatum, ideoque Mauri ibi continuo lampadem retinent accensam.

Elmichias

Elmichias, olim *Niloscopium*: quia hic præcognoscebant Nilii augmentum & decrementum, indeque annonæ caritatem vel abundantiam, similiaque. Prope sunt duo templa, in quibus aliquæ conseruantur reliquiæ S. Ioan. Baptistæ aurea capsula inclusæ: quæ singulis annis coram omninatione eò tunc confluenta hoc faciunt miraculum. Cum reliquiæ eæ in flumen coniiciuntur, aqua ipsa contrario cursu ascendit, iam in vnum templū, iam in alterū. Ideoque tam à Christianis quàm Mahumetanis illud festū celebratur.

Munia.

Munia, ciuitas insignis, antea *Nicopolis* dicta.

Aziottū.

Aziottum, ciuitas, quæ aliter vocatur *Bubaste*.

Asna.

Asna, olim *Siene*, sita est tropico canceri, ideoque cum Sol in Cancro est, tempore meridiei, nullam ibi facit umbram: imò radii eius vsque ad profundum puteorum profundissimorum descendunt.

Betsames.

Betsames, antiquis *Heliopolis*, antiquitus hic templum erat Solis, in quo recipiebantur responsa ad literas, etiā nondum apertas.

Sues, in littore stricti Mechaë, antea dicta ciuitas Hero-
um. Hic Turcus militem habet, qui non rarò excurrit in
Indias contra Lusitanos.

Sues.

Alcozer, hic plurimi peregrini Mahumetani profici-
scuntur mari Meccam.

Alcozer.

GHINEA PARS ÆTHIOPIÆ.

Genni, Arabibus *Genoha*, vnde nomen Regioni. Me-
tropolis est Ghineæ, ciuitas magna, sita ad ripam fluuii
Genni, vnde ipsi ciuitati nomen: hodie subest Regi Tun-
gubutensi, antea celebris erat annuo mercatu, qui hodie
fit Tungubuti.

Genni

Tungubutum, situm ad magnum lacum piscibus abun-
dantem, aqua tamen lacus est amara & venenata. Ciuitas
magnæ negociationis, ad quam nō tantum fit concursus
Fessanorum & Maroccorum, sed etiam Cariensium. Huc
magna defertur copia auri, argenti, pannorum, serici, co-
ralli, &c. Princeps huius loci magna vtitur pompa & au-
thoritate, ditissimus totius Ghineæ, tum quod varia sub se
habeat regna, tum quod in magna eorum parte colliga-
tur auri quantitas, denique quod vasallos suos valde pre-
mat. Hinc & equorum soleas facit aureas, canesq; ornat
aureiscatenis. Delectatur valdè sciētis, ideoq; eò confluūt
viri docti plurimi ex Barbaria lingua Arabica instructi,
quibus rex ingentia confert munera.

*Tungubu-
tum.*

Cabra, subest Regi Tungubuti. Hic Niger fluuius in
duo cornua diuiditur.

Cabra.

Cagum, Ciuitas & ipsa hodiè paret Regi Tingu-
buti.

Cagum.

- Cuber.* *Cuber*, ad ripam lacus magni, qui nomen desumit à dicta ciuitate. Hæc magnæ est negociationis.
- Agades.* *Agades*, ciuitas tanto artificio exstructa, vt nulli cedat totiu Barbariæ ciuitati. Hic magna venalis est mannæ copia, quæ in deserto eius colligitur.
- Casena.* *Casena*, Regem habet proprium, cui continuum cum Principe Cheni bellum. Hic monetæ loco vtuntur concharum testis albissimis.
- Zanfara.* *Zanfara*, hic homines sunt nigerrimi, vultu à simiis differentes, labia magna ad digiti quantitatem accedētia.
- Guāgara.* *Guangara*, metropolis suæ regionis. Principem habet proprium, eumq; auro abundantem.
- S. Georgius.* *S. Georgius*, colonia Lusitanorum, Episcopum suum habet. Hic Lusitaniæ Rex aliquot triremes habet, quæ litus ipsum tutentur.
- Songum.* *Songum*, metropolis Mandingorum, ciuitas huius tractus valdè illustris concurrentibus eò ob negociationem auri variis mercatoribus ex Barbaria & Cairo.
- Cheunum* *Cheunum*, vna trium ciuitatum præcipuarum Africæ. Sita est in triângulo æquilatero cum reliquis duobus principatibus, Fessa videlicet & Cairo. Fertur cõmuni sermone Maurorum, nihil esse in toto mundo, quod in aliqua illarum trium ciuitatum nõ reperiat. Distant autem singulæ harum à se inuicem itinere duorum mensium; est autem Cheunum (referētibus iis mercatoribus, qui eò proficiscuntur ex Algiero) maius quàm fuerit Niniue. Magna hic copia granorum paradisi, auri, eboris. Sola autem hæc ciuitas in tota hac Æthiopia muros habet ex maximo lapide cõstructos, in quibus portæ sunt XVIII. Hic Rex Lusitaniæ

litaniae petiit sibi concedi factoriam, sed frustra, cum principes eius dissuasi essent a mercatoribus. Cairo. Ciuitas haec praeter caeteris Aethiopici huius tractus maximè ciuitatem colit, pompa utitur magna; Accesserunt huc ante multos annos non pauci nobiles ex Cairo, qui vitam ducunt splendidam.

Pauon, metropolis insulae S. Thomae; Colonia Lusitanorum, ciuitas magnae negociationis, sed domus omnes coopertas habet paleis. Huc quam plurimi Aethiopes ab ipsis Aethiopibus venales adducuntur.

Pauon.

CAFRARIA.

Congum, metropolis magni Regni Congi, in medio quasi ipsius Regni sita, valde ampla, plena viridariis & pomariis variis arboribus praecipuè palmis consistit. Seruiunt autem palmae ipsis ad quoddam panni genus pilotum & subtile conficiendum. Sedes est Regis, qui per excellentiam ab incolis dicitur Mani, hoc est Dominus. Hic iam relictis idolis operam Emanuelis Regis Lusitaniae factus est Christianus. Misit autem eò Emanuel multos religiosos cum Iacobo diCan, qui primus hoc Regnum inuenit. Potens valde est, ita ut quavis occasione occurrente in campum producere possit CL. millia arcierorum; quos colligit citra ullam molestiam, cum ei sufficiat per regnum suum mittere equitem vnum cum sagitta, & aliquibus plumis auis Chesla, quas nemo sub poena mortis habere potest praeter Regem.

Congum.

Cumissa, metropolis sui Regni, unde nomen recipit lacus quidam ingens.

Cumissa.

Mazom-
buca.

Mazombuca; Hic Rex Lusitaniæ arcem habet, quæ est schala nauium in oriente proficiscentium, indeq; venientiũ.

Benomo-
tapa.

Benomotapa, aliis *Manomotapa*, ciuitas Regia, domus habet ex ligno, figura pyramidali constructas. Hic residet Princeps antea ethnicus ignem adorans, hodie videtur Euangelium amplecti, quod edoctus est à Patre Consaluo Societatis Iesu, quem etiam morte affecit.

ABASSIA.

Braua.

Braua, ciuitas prouinciæ Aian, dictæ nouæ Arabiæ. Hæc à seipsa gubernatur consilio duodecim Scheccorũ: estq; sola totius Africæ respublica.

Zeila.

Zeila, ad sinũ eiusdem nominis sita, ciuitas. Huc Mauri varia adducunt mancipia Abassina Venaria; Prætereà magna hic copia mellis, ceræ, myrrhæ, eboris, & auri, qui a imò & frumenti. Hæc ciuitas ante paucos annos pugnate Prætelano, cum Rege Adel, capta fuit à Lupo Sucires, qui successit Alfonso Alborche in India.

Adel.

Adel, ciuitas Regia. Princeps huius sæpè bellum gerit cū Prætelano, quem ante paucos annos etiã bello deuicit.

Adea.

Adea ciuitas, regem habet propriũ, sed sub Abassinis.

Zambra.

Zambra ciuitas magna: hic habitat Preteianus, qui Christianus est: nec more antiquo in campis degit, sed in ciuitate.

Zoa.

Zoa, metropolis, hic mons est altissimus, asperrimus & inaccessibilis. Hic quasi in carcere retinetur filii Preteiani. Quod idè introduxerunt Abassini, vt omnem vitarent causam ruinæ in imperio: cùm antea propter fratrum discordias multa fuerint passi.

Angot.

Angot, hic ferrum & sal loco monetæ expenditur.

Cassomum, hic adhuc apparēt certa templa, quæ supra rupes intra saxa constructa sunt tanto artificio, vt non cedere videantur Ægyptiis, Græcis aut Romanis. Cassomū.

Ercoc, portus est, quem solum in toto littore possident Abassini. Ercoc.

Suachen, ciuitas habitata ab Arabibus: atq; hucusq; extenditur versus Ægyptum status Preteiani. Hodie præsidium hic habet Magnus Turcus. Suachen.

Barua, prope hanc ciuitatem est monasterium Bisan, quod constat ex Monachis S. Antonii. Hic viderunt Lusitani multas imagines disiectas, tum veteris tum noui testamenti, potissimum autem in omnibus templis colitur imago S. Georgii. Barua.

Zemeta. Hic residet Princeps quidam, quem illi vocant Barnagassum, hoc est Regem maris, qui constituitur Rex, & priuatur iterum regno à suo Domino ad libitū, licet sit potens gestetq; coronam auream, more regū nostratium. Zemeta.

Meroë, ciuitas extructa à Cambyse Rege Persiæ, in honorem sororis & vxoris. Meroë.

NUBIA.

Dancala, metropolis Nubiæ, diues propter copiam Santali & musci. Dancala.

Vri, ciuitas princeps: huius princeps vocatur Nina, hoc est, Imperator; Huic obediunt regna proxima. Confœderatus est cum Turca. Abundat auro. Arma deferuntur per mercatores ex Cayro. Vri.

Bornum, ciuitas ad fluuii Nigri ripam, maxima & magnæ negociationis. Regem habet proprium, qui iisdem vtitur ceremoniis, quibus Rex Tungubuti. Producit Bornum.

aliquando exercitum centum millium armatorum contra Regem Cabi.

Sauum.

Sauum, ab aliis dicitur Sen, hinc lacus quidam magnus & piscosus sumit denominationem.

Lagon.

Lagon, ad ripam lacus Sauii, principem habet proprium, quem morientem comitantur omnes amici eius, & chari etiam mortem subeuntes.

Quamac.

Quamac; hinc magna ferri negociatio, adfertur autem id ex Mandra.

Galeum

Galeum, ciuitas magna; residet hinc magnus quidam Maurorum sacerdos: ideo ciuitas haec à Mauris ita colitur, sicut à nobis Roma.

